



## **Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

A Clemente XI. Ad Benedictum XIII.

**Luxemburgi, MDCCXLI.**

49. Salvatoris Nostri &c. Motus Proprius Concessionis Venerabilis Ecclesiæ,  
& Collegii Sanctæ Mariæ Montium Congregationi Piorum Operariorum de  
Urbe.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74859](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74859)



lis, & decreto irritanti.

& capite, etiam in corpore juris clauso, etiam enormis, enormissimæ, & totalis læsionis, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, aut intentionis nostræ, vel interesse habentium consensus, aliove quolibet, etiam quantumvis magno, ac substantiali, ac incogitato, & incogitabili, individuumque expressionem requirente defectu notari, impugnari, infringi, invalidari, retractari, in controversiam vocari, aut ad terminos juris reduci, aut adversus illas aperiitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, aut impetrato, seu etiam motu, scientiâ, & potestatis plenitudine paribus concessio, vel emanato quempiam in iudicio, vel extra illud uti, seu se juvare ullo modo posse, sed ipsas præsentis literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit, inviolabiliter, & inconcussè observari: Sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Sedis Apostolicæ Nuncios, aliove quoslibet quacumque præminentia, & potestate fungentes, & functuros, sublatâ eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, sac quatenus opus sit, nostrâ, & Cancellariæ Apostolicæ regulâ de iure quesito non tollendo, aliisque Apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, necnon quorumcumque Ordinum, Congregationum, Institutum, & Societatum, etiam Jesu, ac quorumvis Monasteriorum, Conventuum, Ecclesiarum, Locorum piorum, aliivæ, quibusvis etiam iuramento, confirmatione Apostolicâ, vel quavis firmitate aliâ roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegii quoque, indultis, & literis Apostolicis Ordinibus, Congregationibus, Institutis, & Societatibus, etiam Jesu, ac monasteriis, Conventibus, Ecclesiis, & Locis piis prædictis, illorumque respectivè Superioribus, & Personis quibuslibet, in genere, vel in specie, præsertim quod interdicti, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de Indulto huiusmodi mentionem, ac alias sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis, etiam motu, scientiâ, & potestatis plenitudine paribus, seu ad quarumcumque personarum, etiam Imperiali, Regali, aliavæ quilibet mundana, vel Ecclesiasticâ dignitate fulgentium instantiam, aut earum contemplatione, seu aliis quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, ac pluries iteratis, ac quanticumque vicibus confirmatis, innovatis, & approbatis.

§. 5. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis; specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores huiusmodi præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliis in suo ro-

bore permanuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, ac plenissimè, & amplissimè derogatum esse volumus, ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut earumdem literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiasticâ dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur ubique, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ. Datum Romæ apud S. Petrum sub Anulo Piscatoris die xxiv. Decembris 1711. Pontificatus Nostri Anno XII.

F. Oliverius.

MOTUS PROPRIUS

XLIX.

Concessionis Venerabilis Ecclesiæ, & Collegii Sanctæ Mariæ Montium Congregationi Piorum Operariorum de Urbe.

CLEMENS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI,

*Ad perpetuam rei memoriam.*

S Alvaloris Nostri vices, licet immeritò gerentes, ea præcipuè curare debemus in Terris quæ idem Dominus Noster Jesus Christus curat in Cælis. Cum itaque ipse magnum, & ineffabile redemptionis nostræ mysterium impleturus ex omni Creaturâ Mariam Virginem Purissimam, atque sanctissimam sibi Genitricem prælegerit, unaque cum uberrima sæcunditate virginitalis florem illibatam perpetuò servaverit, & Spiritu Sancto eam obumbrante, tanta præfulserit in ea sanctarum pulchritudinis, & virtutum majestas, ut Sol, & Luna, totaque natura eam mirantes obstupuerint, ac Infernus quoque contremuerit; Ipsa quidem diu expectata Patribus tandem veniens gratiarum luminibus ornata Nos salutifera sæcunditate suâ liberavit à captivitate, & Serpentis caput triumphali pede calcans amictâ Sole, Lunam habens sub pedibus, victrix duodecim coronâ Stellarum ab æterno Rege ejus Filio coronari, ac super Angelorum choros Regina Cæli, & Terræ constitui promeruit: dum tanta meritorum insignia, quibus ipsa Virgo Dei Genitrix gloriosa sedibus illata sydereis, quasi Stella resulget matutina, piæ considerationis acie perferutamus, dignum, quin potius reputamus debitum, ut sicuti Redemptor noster, & Deus ipsam Sacratissimam Virginem sublimavit in Cælis, honorari procuremus in terris; & in Ecclesiis suo nomine, & celebri miraculorum copiâ, ac splendore illustribus assiduò nostra nos pulsat sollicitudo, ut per Ministrantium vitæ integritatem, morumque puritatem, quantum in humanis viribus est, par ille sibi Religionis exhibeat in mundo cultus, qui ab Angelis eorum Regiæ ministrantibus exhibetur in Cælo.

§. 1. Inter huiusmodi Ecclesias in Almâ Urbe nostra existentes, illam clarescere conspicimus Sanctæ Mariæ in Montibus nuncupatam, in quâ ejus Sacratissimæ Imago olim ex humili loco divinitus detecta venerabiliter asservatur, assiduâque fidelium Religione, ac miraculorum copiâ effulget in dies, & sub cujus auspiciis felix illa alitur Juventus, quæ à Genitorum infidelitatis tenebris

Exordium à dignitate Beate Virginis Mariæ, cujus Ecclesiasticum cultum promovere satagit.

Præcipua Ecclesia B. V. in Alma Urbe recensetur S. Mariæ in Montibus nuncupata; apud quam degunt Juvenes Neophyti.

Derogat quibuscumque contrariis.



Vigilantia  
cl. me Card.  
Aftali Pro-  
teftoris in  
curanda rec-  
ta educatio-  
ne dd. Juve-  
num lauda-  
tur.

Narrat fel.  
record. Pau-  
lum III. ere-  
xiffe Hofti-  
tale S. Joan-  
nis in Mer-  
catello cum  
Archicon-  
fraternitate  
Clericorum  
Sæcularium  
pro direftio-  
ne Judæo-  
rum ad Fide-  
m con-  
vertendo-  
rum.

Regulas  
Præd. Archi-  
confraterni-  
tatis refert  
cum fubjec-  
tione Card.  
Proteftori.

Narrat erec-  
tionem Col-  
legii pro in-  
ftitutione a-  
dolescen-  
tium neo-  
phytorum  
tam Judæo-  
rum, quam  
aliorum In-  
fideliū fac-  
tam à fa. me.  
Gregorio  
XIII.

eruta, nova Orthodoxæ Fidei noſtræ adoleſcit lu-  
mini. Nos igitur pervigil ſtudium Venerabilis  
Fratriſ noſtri Fulvii Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Card-  
inalis Aſtali nuncupati moderni Eccleſiæ ejuſdem  
Beate Mariæ in Montibus, illiuſque Domus  
Proteftoris, qui laudabilem inſcripſorum Præ-  
byterorum vigilantiam ad Eccleſiæ, Domuſque  
præfatarum regimen conduxit, commendantes in  
Domino, ut cultus Eccleſiæ, & Juventus ipſa  
per piam proborum morum inſtructionem, & ef-  
ficax Chriſtiane pietatis, quod Presbyteri ipſi de  
ſe perhibent exemplum, Eccleſiæ, Religionique  
cultui uberiores ad Divini Nominis ejuſdem Beate  
Mariæ Virginis gloriam afferant fructus, ad  
ea libenter Apoſtolice poteſtatis effundimus plen-  
itudinem, ad quæ Nobis poſſimum ex alto  
poteſtatem ipſam commiſſam fuiſſe arbitramur.

§. 2. Cùm itaque, ſicut accepimus, aliis,  
& poſtquam fel: rec: Paulus Papa III. Prædeceſ-  
ſor noſter ad Omnipotentis Dei, totiuſque Curie  
caeleſtis laudem, & gloriam, & orthodoxæ fidei  
augmentum unam Domum, ſeu unum Hoſpi-  
tale ad Eccleſiam Sancti Joannis in Mercatello  
nuncupati regionis Campitelli de Urbe pro He-  
bræis, ſeu Judæis, qui divinitus inſpirati tene-  
broſa Patrum ſuorum cæcitate abjefta ad veri  
luminis agnitionem ſe convertebant, & ſalutari  
Baptiſmatis lavacro abluti, depoſita in eo immun-  
dâ veteris perſidiæ leprâ, æternæ renaſcebantur  
ſaluti, & in Domo, ſeu Hoſpitali huiſmodi pro  
illius bonis adminiſtrandis, admittendiſque, &  
regendis Hebræis, ſeu Judæis pro tempore, &  
convertendis prædictis, unam Archiconfraternita-  
tem Clericorum Sæcularium, quæ Archiconfraterni-  
tatis per unam ex illius Confratribus Clericis per  
eos tantum de triennio in triennium eligendum,  
& Rectorem, ſeu etiam quolibet menſe, Præpo-  
ſitum nuncupandum, ac duodecim Clericos, ſeu  
Presbyteros Sæculares exemplaris vite, & Reli-  
gionis Zelatores, quos Rector, ſeu Præpoſitus  
prædictus pro tempore exiſtens duxiſſet eligen-  
dus, regeretur, & gubernaretur: Cum hoc ta-  
men, quod de numero eorundem Clericorum,  
ſeu Presbyterorum Confratrum huiſmodi nullus  
Prælatuſ, ſeu alicujus Ordinis Profeſſor exiſteret,  
ipſique Rectori, ſeu Præpoſito prædicto pro tem-  
pore exiſtenti omnimodam, & plenariam obe-  
dientiam, & reverentiam uti eorum Superiori  
præſtare, illumque in curâ, & adminiſtratione  
Domus, ſeu Hoſpitalis huiſmodi coadjuvare, ac  
duodecim Clerici, ſeu Presbyteri, ut præfer-  
tur, eligendi prædicti, ut circa præmiſſa li-  
berius attendere poſſent, nulli alteri Con-  
fraternitati, ſeu Societati aggregari, ſeu ad  
illam admitti valerent, ipſique, ac Præpoſi-  
tus prædictus, per Confratres prædictos Cle-  
ricos tantum, de triennio in triennium ex eo-  
rum gremio, ut præferitur, eligendus, eorumque  
Officium per triennium, & non ultra durare  
reſpectivè, perpetuè exererat, & inſtituerat; Ac  
inſuper ut ipſi Confratres, illorumque Rectores,  
Adminiſtratores, Gubernatores, Oeconomi, aliæque  
Perſonæ ab indebitis moleſtiis relevarentur, unum  
ex Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, quem  
ipſi duxiſſent, ad id eligendum, in eorum Pro-  
teftorem, & Judicem, cui, & nulli alii ſubjecti  
eſſent, conſtituerat, & deputaverat: Et deinde  
ejuſdem record. Gregorius Papa XIII. etiam Præ-  
deceſſor noſter providè Fidei Chriſtiane propa-  
gationi, & incremento incumbens, ac æternæ ſalu-  
ti, piæque eruditioni illorum Puerorum, &  
Adoleſcentium, qui ex Judæorum, Turcarum,  
& Maurorum, aliorumque Mahometanorum ge-  
nere procreati ad Jeſu Chriſti fidem pro tem-  
pore convertebantur; paternè proſpicere, & provi-  
dere volens, ut eis prodirent Operarii ad Evange-

lii opus idonei, qui in ipſâ Urbe, aliisque Italiae  
locis, atque adeo in univerſis Terrarum Orbis  
partibus, in quibus Judæi, aliique Infideles de-  
gunt, Chriſtiane Fidei myſteria, etiam propriâ il-  
lorum lingua, ſivè Hebræâ, ſivè Arabicâ, expli-  
care, docere, & prædicare poſſent, & valerent; ad  
ejuſdem Omnipotentis Dei gloriam, Sanctæque  
Fidei noſtræ exaltationem in eadem Urbe, & in  
loco ejuſdem Urbis ad id tunc eligendo unum Col-  
legium Eccleſiaſticum Adoleſcentium Neophyto-  
rum nuncupandum, quod pro duabus ex iis, qui  
à Judaïſmo, pro reliquâ verò tertiâ partibus ex  
illis, qui à Mahometiſmo recedentes, ſive Tur-  
cæ, ſive Mauri, ſive alterius cujuſvis infidelis Na-  
tionis Chriſtianam Fidem recens amplexi forent,  
vel ſaltem eis non exiſtentibus, ipſis ex parenti-  
bus Neophytis procreati fuiſſent conſtaret, etiam  
perpetuè exererat, & inſtituerat, volueratque,  
quod idem Collegium, illiuſque Rectores, Oeco-  
nomi, Magiſtri, Præceptores, atque Scholares  
in eo pro tempore exiſtentes, & eorum Dome-  
ſtici Officiales, & Miniſtri ſimiliter pro tempore  
exiſtentes, dictique Collegii, ac illorum bona  
mobilia, & immobilia cujuſcumque qualitatis,  
& quantitatis in prædictâ Urbe, & extra illam,  
ac aliâ ubilibet locorum conſtitentia ab omni ju-  
riſdictione, correptione, viſitatione, dominio,  
ſuperioritate, & poteſtate pro tempore exiſtentis  
Senatoris, Conſervatorum, Reformatorum dictæ  
Urbis, nec non Rectoris Studii Generalis, Vica-  
rii Urbis, & cujuſvis Ordinarii Locorum, & alio-  
rum quorumcumque Judicum, & Officialium in  
ipſâ Urbe, vel aliâ ubilibet locorum conſtitu-  
torum exempta forent, ac Collegio, illiuſque  
Scholaribus, Rectoribus, & Oeconomis prædi-  
ctis, ut quibulcumque privilegiiſ, exemptioni-  
bus, libertatibus, facultatibus, & indultis, qui-  
bus Studium generale dictæ Urbis, illiuſque Re-  
ctor, & Doctores in eo, etiam actu legentes quo-  
vis modo utebantur, potiebantur, & gaudebant,  
etiam uti, potiri, & gaudere poſſent quomo-  
dolibet in futurum ad eorum inſtar, & pari mo-  
do uti, frui, potiri, & gaudere valerent in om-  
nibus, & per omnia, conceſſerat, & indulſerat,  
illaque eis communicaverat. Ac propterea Recto-  
ribus, ac Superioribus dicti Collegii cum aſſiſten-  
tiâ tamen ejuſdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Car-  
dinalium ejuſdem Collegii Proteftorum, qui pro  
tempore fuiſſent, ſeu alicujus eorum, vel de  
ipſorum conſilio, & expreſſo conſenſu illos, quos  
in dicto Collegio, & alibi per debitum tempus  
ſtudiſſent, ac literarum ſcientiâ, & moribus ido-  
neos eſſe reperiſſent ad Baccalaureatus, Licentia-  
turæ, Doctoratusque, & Magiſteri gradus, ſer-  
vatâ formâ Concilii Viennenſis, juxta Univerſita-  
tis ejuſdem Urbis conſuetudinem, ſeu aliâ promo-  
vendi, & ipſorum graduum ſolita inſignia eis ex-  
hibendi, quodque ſic promoti facultates, in qui-  
bus ſtudiſſent, legere, & interpretari, ac de eis  
diſputare, ac quocumque gradui, ſeu gradibus  
huiſmodi convenientes actus exercere, ac omni-  
bus, & ſingulis gratis, favoribus, prærogati-  
vis, & indultis, quibus alii in prædictâ dictæ Ur-  
bis, ſeu aliis Univerſitatibus, & alibi, juxta il-  
lius, & aliarum Univerſitarum huiſmodi conſtitu-  
tiones, & mores ad gradus prædictos promoti de  
jure, vel conſuetudine utebantur, potiebantur,  
& gaudebant, ac uti, potiri, & gaudere poſſent,  
& deberent; perinde ac ſi gradus prædictos in ip-  
ſâ ejuſdem Urbis Univerſitate, juxta conſuetudi-  
nes, & mores prædictos, ſuſcepſiſſent, concedendi,  
& indulgendi liberam Apoſtolice auctoritate dede-  
rat facultatem, & poteſtatem. Ac propterea,  
ut ipſius Collegii conſervationi, bonorumque re-  
gimini, tam in his, quæ ad inſtitutionem, & diſci-  
plinam, quàm quæ ad victum, veſtitum, aliæque

Proſequitur  
narrationem  
privilegio-  
rum, & ex-  
emptionis  
conceſſæ ei-  
dem Colle-  
gio.



Deputatio-  
nem trium S.  
R. E. Card.  
Protecto-  
rum recenset  
cum certis  
facultatibus.

hujusmodi necessaria pertinebant opportunius consuleretur, tres ex eisdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus ejusdem Collegii Protectores constituerat, & deputaverat; quorum consilio, & ope omnia, & singula præmissa, & alia quæcumque ad eosdem in Collegio admittebunt Scholares, retinendosque admissos spectantia agerentur, statuerentur, & ordinarentur, tribuens eisdem, & pro tempore existentibus Protectoribus hujusmodi plenam, & liberam facultatem; & auctoritatem pro salubri directione, & conservatione dicti Collegii, illiusque honorum, & rerum, ac jurium tam temporalium, quam spiritualium Oeconomos, Advocatos, Procuratores, aliosque Ministros, & Officiales in eo deputandi, amovendique; & eorum loco alios subrogandi, Ordinationesque, & Statuta licita tamen, & honesta, Sacrisque Canonibus, & Concilii Tridentini decretis non aduersantia faciendi; & edendi, eaque, cum visum foret revocandi, immutandi, corrigendi, aliaque de novo condendi, quæ postquam facta, edita, revocata, immutata, & correctæ fuissent, perinde haberi voluit, ac si auctoritate Apostolica approbata, & confirmata fuissent, illaque ab omnibus Rectoribus, Magistris, Scholaribus, aliisque Personis in Collegio prædicto pro tempore servantibus, & ministrantibus inviolabiliter observari, ac juxta eorumdem Statutorum dispositionem à quibusvis Judicibus, sublatâ eis quavis aliâ aliter judicandi facultate, judicari, & definiti debere, & si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigisset attentari, irritum decreverat, & inane.

§. 3. Ac subinde de anno Domini 1580. propter varia miracula, & signa, quæ, ut piè credebatur, miserator, & misericors Dominus tunc operari, & edere dignabatur meritis Beatissimæ Mariæ Virginis Cœli Reginae, Matris Misericordiæ, perpetuæ humani generis Adjutricis, & apud ipsum Deum pro devoto Populo Advocatæ apud illius Imaginem tunc proximè detectam in parietinâ unius Fœnillis intra limites Parochiæ Parochialis Ecclesiæ Sanctorum Sergii, & Bacchi Regionis Montium de eadem Urbe, quamplures infirmi diversis languoribus gravati, & aliæ miserabiles Personæ, atque adeo Christi fidelium multitudo devotionis causâ, & impetrandi ipsius Beatæ Mariæ Virginis intercessione spiritualium gratiarum munera, ad ipsam Imaginem certatim confluentes, plures elemosynas, & oblationes quotidie conferebant, idem Gregorius Prædecessor tantæ devotionis fervore commendato, illorum spirituali consolationi consulere, ac simul piè elemosynarum, & oblationum ipsarum dispensationi piè providere volens, Imaginem prædictam, nec non omnia, & singula elemosynas, oblationes, redditus, proventus, res, bona, & legata apud eam, & pro eâ eatenus tunc donata, legata, relicta, & facta, ac in posterum donanda, leganda, relinquenda, & facienda, eidem Archiconfraternitati perpetuè donaverat, concesserat, & largitus fuerat, ita quod liceret bon: mem: Guillelmo tituli Sancti Laurentii in Pane, & Perna, tunc dum existeret, prædictæ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbytero Cardinali Sirleto nuncupato, ac etiam, tunc dum existeret ejusdem Archiconfraternitatis Protectori; nec non ejusdem Archiconfraternitatis tunc existentibus Administratoribus in loco Imaginis hujusmodi unam Cappellam construere, ac postquam illa constructa, & consecrata fuisset in eâ Missas, & divina Officia per Presbyterum, seu Presbyteros idoneum, seu idoneos ad eorum nutum ponendum, & amovendum, seu ponendos, & amovendos; à Vicario tamen dictæ Urbis pro tempore existente

approbandum, seu approbandos celebrari, & alias illi in divinis deserviri facere, ipsamque Cappellam, & ejus res, & bona per se, vel alios ab eis pro tempore deputatos regere, & gubernare, illorumque fructus, redditus, & proventus, nec non dictas elemosynas, & oblationes percipere, exigere, & levare, ac in Cappellæ, & Archiconfraternitatis hujusmodi, aliosque pios usus eis beneficos convertere, cujusvis licentia desuper minimè requisita; statuens Cappellam ipsam, postquam illa erecta fuisset, ut præfertur, nullo unquam tempore in titulum perpetui Beneficii Ecclesiastici erigi, aut tanquam Beneficium Ecclesiasticum, vel aliâ Sede Apostolicâ, vel illius Legatis, aut quibusvis aliis per quoscunque impetrari; neque ejus elemosynas, oblationes, legata, res, & bona per alios, quàm Protectores, Administratores, & Deputatos præfatos regi, gubernari, & administrari posse, & quicquid secus super his à quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigisset attentari, irritum quoque decreverat, & inane, & aliâ prout in eorumdem Pauli, & Gregorii Prædecessorum literis Apostolicis, cuique respectivè exemptis, plenius continetur. Recolendæ memoriæ Urbano Papæ VIII. similiter Prædecessori nostro pro parte bon: mem: Antonii tituli Sancti Monuphris, tunc dum viveret, ejusdem S.R.E. Presbyteri Cardinalis Barberini nuncupati, ac Domus, seu Hospitalis, nec non Collegii præfatorum, & Ecclesiæ Beatæ Mariæ nuncupatæ apud eundem Urbanum Prædecessorem, & Sedem Apostolicam Protectoris tunc existentis exposito, quod ipse Antonius Cardinalis, & tunc existentes Prælati, & Deputati Congregationis ad gubernium Domus, seu Hospitalis, ac Collegii, & Ecclesiæ Beatæ Mariæ præfatorum canonicè institutæ per eundem Antonium Cardinalem, & Protectorem electi tunc providè considerantes, quod pro majori ipsius Ecclesiæ Beatæ Mariæ in Montibus, cujus bona, & redditus per Prælatum, & Deputatos hujusmodi pro tempore existentes, ex concessione Apostolicâ regi, & administrari, atque in eisdem Ecclesiæ Beatæ Mariæ in Montibus, nec non Domus, seu Hospitalis, & Collegii præfatorum usus, & necessitates, Ministrorum quoque necessariorum manutentionem converti consueverunt, decore, & ornamento Divini cultus in eadem Ecclesiâ Beatæ Mariæ in Montibus augmento, ac Domus, seu Hospitalis & Collegii præfatorum faciliiori commoditati, & prosperiori gubernio, regimine, & administratione, ac directione expediens foret, Collegium, quod tunc in Sancti Eustachii, ac Domus, seu Hospitalis hujusmodi, quæ, seu quod etiam tunc in præfata Campitelli regione prædictæ Urbis respectivè, atque à præfata Ecclesiâ ejusdem Beatæ Mariæ in Montibus non parum distantia sita erant, ad unum locum eidem Ecclesiæ Beatæ Mariæ in Montibus contiguum, seu vicinum transferre; nam mediante translatione hujusmodi, expensis in diversorum Ministrorum pro illorum ad invicem, ut præfertur, separatorum gubernio, necessariorum manutentione fieri solitis opportunè consultum foret, ac eidem Ecclesiæ præfate Beatæ Mariæ in Montibus festivis diebus per ejusdem Collegii Alumnos Divinis Officiis in Choro præfate Ecclesiæ ejusdem Beatæ Mariæ in Montibus personaliter assistentes erectæ, non mediocri ipsius Ecclesiæ Beatæ Mariæ in Montibus decore, Divinique cultus incremento, ac spirituali Christianorum ad illam devotionis causâ passim confluentium consolatione deferviret, idem Urbanus Prædecessor præmissis, & aliis rationabilibus causis adductus, motu simili, & ex sua merâ liberalitate domum seu Hospitalis, ac Collegium hujusmodi ad alias præfate

Narrat. fam. Urbanum VIII. Hospitalis, & Collegium prædictum transfuisse ad vicinas domos Ecclesiæ Beatæ Mariæ in Montibus.

Causæ prædictæ translationis desumptæ ex commodiori Locorum administratione, & augmento cultus divini ob assistentiam Alumnorum d. Collegii in Choro in præfata Ecclesiâ.

Applicationem oblationum, quæ fiebant Imagini Beatissimæ Virginis intra limites Parochiæ SS. Sergii, & Bacchi, secutam anno 1580. favore d. Archiconfraternitatis indicat.

Nec non concessio-  
nem ejusdem  
Imaginis;  
cum condi-  
tione tamen  
construendi  
Cappellam  
in loco ubi  
prius exis-  
tebat d. Im-  
ago.



Ecclesie Beatae Mariae in Montibus hujusmodi vicinas domos cum omnibus, & singulis eorum respectivè bonis, redditibus, juribus, rebus, & pertinentiis, ac quibuscumque privilegiis, indultis, exemptionibus, Indulgentiis, & aliis gratis spiritualibus, & temporalibus eis per quoscumque Romanos Pontifices Praedecessores suos quomodolibet concessis, ac quibus illa de jure, usu, Privilegio, consuetudine, aut aliis quomodolibet tunc utebantur, fruebantur, potiebantur, & gaudebant, Collegium videlicet, ad aedes praefatae Ecclesiae Beatae Mariae in Montibus hujusmodi ad effectum praemissum tunc acquirendas, postquam tamen illa ad debitam Collegii formam redactae fuissent, ac Domum, seu Hospitale hujusmodi ad alias ad id aptas, seu quatenus opus esset, opportune aptandas, dictaeque Ecclesiae Beatae Mariae in Montibus hujusmodi vicinas aedes Apostolicam auctoritate transfulerit, & alias, prout in ejusdem Urbani Praedecessoris Literis Apostolicis desuper expeditis etiam plenius continetur, & Domus, seu Hospitale, ac Collegium praedicta per translationem hujusmodi, ut praefertur, factam suam usque nunc fenserint, & sentiant utilitatem, ac felicitas dirigantur, & salubrius gubernentur, nec non praedicta Ecclesia ejusdem Beatae Mariae in Montibus, quae in suis annuis redditibus sacra suppellestili satis congruè ditata reperitur cuique in Divinis per unum Presbyterum Rectorem, & nonnullos alios Presbyteros Cappellanos respectivè nuncupatos, aliosque Ministros Ecclesiasticos à pro tempore existentis unius ex praedicta Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus Domus, seu Hospitalis, ac Collegii hujusmodi, dictaeque Ecclesiae ejusdem Beatae Mariae in Montibus apud Romanum Pontificem pro tempore existentem, & Sedem eandem Protectoris, ac alias juxta praedictarum ejusdem Gregorii Praedecessoris litterarum formam amovibiles haecenus deserviri consuevit, divinus in ea cultus per musicam, Divinorum Officiorum decantationem, ac personalem Alumnorum praedictorum in Choro diebus praedictis assistentiam suam usque nunc obtinuerit, & obtineat decus. Nihilominus cupientes Nos, qui sub clementissimis ejusdem Beatae Mariae Virginis Adjutricis nostrae auspiciis onerosas Pastoralis, quo fungimur Officii nostri curas suscepimus, Religionem, quam semper erga ipsam Dei Genitricem animo inclusam gessimus externo quoque testimonio aperire, ac in Alumnis ipsis illam inferi per piam morum educationem fidem, per quam dulciores, ac uberiores proveniant aeternitati fructus.

§. 4. Quapropter pervigil Fulvii Cardinalis praedicti sollicitudo nostris inhaerens desideriis nobis nuper exponi fecit, quod ipse providè considerans, quod Congregatio dilectorum filiorum Presbyterorum Saecularium in communi viventium Piorum Operariorum nuncupatorum in Urbe praedicta introducta, juxta illorum laudabile institutum ea, quae deest sedulitate in Vineâ Domini laborans, non solum per Urbem praedictam, verum etiam per vicina quoque eidem Urbi loca Divini luminis lucem effundit, ac Orationi, & ministerio verbi se instanter exhibens, illos affert dignos aeternae salutis fructus, qui ad Divini Nominis gloriam, & Ecclesiarum cultum propagandum uberes dignoscuntur; nonnullos ex Congregatione praefata Presbyteros ad dictam Ecclesiam praedictae Beatae Mariae in Montibus in Divinis inserviendum, nec non Collegii praedicti Alumnos regendos, illorumque mores pie erudiendos introduxerit, & postquam usu compererat quantum Divinus Cultus in praedicta Ecclesia Beatae Mariae in Montibus; quantumque Collegium praedictum in illius Alumnorum morum educatione intra exiguum

temporis spatium sumplerit augmenti, in majoritate temporis majorum circa praemissa effulgentie securitate bonorum praedictae Ecclesiae ejusdem Beatae Mariae in Montibus, ac Collegii hujusmodi quoad ejusdem Collegii Alumnorum morum correctionem, & directionem, illorumque aedum, ac Sacrificii utensilium, mobiliium, ac sacrarum suppellestiliium usus eidem Congregationi, illiusque praeposito Generali, & Presbyteris sub infra scriptis conditionibus primò videlicet.

§. 5. Quod dictus Fulvius Cardinalis, & Protector eidem Congregationi, illiusque Presbyteris apud dictam Ecclesiam ejusdem Beatae Mariae in Montibus, & in Collegio praedicto, ut praefertur, illorumque aedibus residendis, & commorantibus plenam, & liberam facultatem propriis Congregationis, ac Presbyterorum praedictorum sumptibus, praedictam Ecclesiam ejusdem Beatae Mariae in Montibus, ac Collegium hujusmodi aedificandi, ornandi, illaque ampliandi concedere, cum hoc tamen, quod Congregatio, ac Presbyteri praedicti, antequam aedificatio, ornatus, & ampliatio per eos fieri, aedificationis, ornatus, & ampliatio per eos faciendorum hujusmodi, formam Protectori nunc; & pro tempore existentis praebere, illumque desuper informare, & ab eo licentiam desuper in scriptis reportare debeant, & teneantur.

§. 6. Secundò, quod Congregatione illiusque Presbyteris praedictis ab Ecclesia ejusdem Beatae Mariae in Montibus, & Collegio praedictis discedentibus, illaque deserentibus, quidquid à Congregatione, & Presbyteris praedictis pro aedificatione, ornatu, & ampliatio praedictis ab eis usque tunc pro tempore factis impensum fuerit, Ecclesiae ejusdem Beatae Mariae in Montibus, & Collegio praedictis liberè cedere debeat, & teneatur.

§. 7. Tertid, quod post concessionem, & dationem infra scriptas omnes, & singulae expensae, quae tam veterum aedificiorum Ecclesiae ejusdem Beatae Mariae in Montibus, & Collegii praedictorum, quam de novo à Congregatione, & Presbyteris praedictis in posterum, ut praefertur, faciendorum (non tamen refarcitionum Collegii praedicti aedificiorum nunc existentium, ac omnium, & singularum viarum silicibus structarum, & struendarum, tam ad Ecclesiam ejusdem Beatae Mariae in Montibus quam ad Collegium praedictum spectantium manutentioni, refarcitionique pro tempore necessaria fuerint) ad Congregationem, illiusque Presbyteros spectent, & pertineant.

§. 8. Quartò, quod Congregatio, illiusque Presbyteri praedicti in administratione omnium, & singulorum bonorum temporalium ad dictam Ecclesiam Beatae Mariae in Montibus, & Collegium praedictum nunc, & pro tempore quomodolibet spectantium, nullo unquam tempore se intrmittere, seu intrmitti pretendere possint; sed administratio praedicta ad nunc, & pro tempore existentem Ecclesiae ejusdem Beatae Mariae in Montibus, ac Collegii praedictorum Protectorem plene jure, ac juxta litterarum Apostolicarum desuper editarum dispositionem spectet, & pertineat.

§. 9. Quintò, quod Congregatio, illiusque Presbyteri praedicti inibi semper, & quoadcumque saltem sex ejusdem Congregationis Presbyteros, qui Ecclesiae ejusdem Beatae Mariae in Montibus juxta illius laudabilem consuetudinem in Divinis deservire, & in ea Sacramentales Christifidelium Confessiones audire, verbum Dei enunciare, nec non Collegio praedictis, illiusque Collegialium, & Alumnorum directioni incumbere debeant, manutene similitur debeant, & teneantur.

Narrat introductionem d. Presbyterorum factam in Collegio, & praefata Ecclesia B. Mariae in Montibus sub certis conditionibus.

Facultas concessa eidem Presbyteris construendi, & ampliandi Ecclesiam, & Collegium pravia licentia Protectoris.

In casu discessus eorumdem Presbyterorum quicquid fuerit impensum, cedere debeat beneficio Ecclesiae, & Collegii.

Expensae aedificiorum spectare debeant ad d. Presbyteros, exceptis refarcitionibus.

Administratio bonorum temporalium reservatur Eminentissimo Protectori.

Numerus saltem sex Presbyterorum pro servitio Ecclesiae, & Collegii praefinitur.

Utilitas ex hujusmodi translatione effectum comprobata.

Votum excitandi in Alumnis d. Collegii majorem devotionis affectum erga Beatam Virginem.

Laudat Institutum Presbyterorum Saecularium in communi viventium Piorum Operariorum nuncupatorum.





Obligatio  
praestandi  
congruam  
sufficien-  
tiam ad  
Presbyteris  
sicut antea  
servabatur.

§. 10. Sexto, quod Ecclesia ejusdem Beatae Mariae in Montibus, ac Collegium praedicta congrua eorumdem Presbyterorum Congregationi, illiusque Presbyteris praedictis quidquid pro manutenzione omnium, & singulorum Presbyterorum, Sacristae, Confessariorum, Rectoris, Praefecti Collegii praedicti, aliorumque Ministrorum Ecclesiasticorum Ecclesiae ejusdem Beatae Mariae in Montibus, & Collegii praedictorum servitiis antea incumbentium annuatim praestabat, annuatim praestare: ita tamen, quod per viam computi diligenter penso ad quidquid mantentio praedicta annuatim ascendebat, id totum etiam annuatim de mense in mensum, pro rata illius parte, eidem Congregationi, illiusque Presbyteris praedictis pro supportandis perpetuo omnibus, & singulis oneribus praedictis nunc, & pro tempore existens Protector praedictus persolvi facere respectivè debeat, & teneatur.

Assignatio  
reddatum  
pro manu-  
tentione A-  
lumnorum,  
Musicorum,  
& Minis-  
trum Eccl-  
siae, ac su-  
pportatione  
aliorum one-  
rum.

§. 11. Septimo, quod idem servandum sit tam in Alumnorum praedictorum in dicto Collegio pro tempore degentium, quam Musicorum, aliorumque Ministrorum eidem Ecclesiae praedictae Beatae Mariae Virginis in Montibus inservientium salariis, nec non Sacristiae, ac cuiuscumque alterius oneris ipsius Ecclesiae Beatae Mariae in Montibus huiusmodi cultum, servitiumque concernentium supportatione; nempe, quod factò prius computo omnium, & singularum expensarum, quae de uno ad alterum annum, annuis mantentioni Alumnorum etiam quoad illorum victum, vestitum, ac utensilium, & mobilium usum, Musicorum salario, Sacristae, aliorumque dictorum onerum supportationi praedictis necessariae fuerint, id totum, ad quod omnes, & singulae expensae praedictae annuatim ascendere compertae fuerint, & ad summam huiusmodi rationem tantum, Congregationi, illiusque Presbyteris praedictis; absque eo quod ipsi aliquid ultra ullo unquam tempore pro praemissis omnibus, & singulis supportandis praetendere possint, quin sub expressa eorum obligatione de praemissis omnibus, & singulis oneribus praedictis perpetuo, exacteque supportandis, similiter, & ut praefertur, earumdem expensarum rata pars de mense in mensum annuatim persolvi debeat.

Admissio, &  
respectivè  
dimissio A-  
lumnorum,  
& electio  
Magistri Mu-  
sicae spectet  
ad Protecto-  
rem.

§. 12. Octavo, quod Alumnorum admissio ad Collegium, illorumque stabilimentum juxta Apostolicarum Constitutionum desuper editarum tenorem, & formam, & eorumdem Alumnorum dimissio, nec non Musicae Magistri electio, illiusque amotio ad modernum, & pro tempore existentem Protectorem praedictum liberè spectet, & pertineat.

Ius visitandi,  
& corrigendi  
pertineat,  
ut supra.

§. 13. Nonò, quod Cardinalis modernus, & pro tempore existens Protector praedictus omnimodam auctoritatem, ac plenam, & liberam facultatem Ecclesiam ejusdem Beatae Mariae in Montibus, nec non Collegium praedicta, & Alumnos in Collegio huiusmodi existentes visitandi, & Alumnos praedictos corrigendi, prout ejusdem Fulvii Cardinalis, ac Protectoris Praedecessores in vim Constitutionum praedictarum obtinuerunt, obtineat.

Deputatio  
Rectoris ex  
Congrega-  
tione dicto-  
rum Presby-  
terorum fieri  
debeat, qui  
se praesentare  
teneatur  
Protectori,  
& ad hunc  
spectet illius  
amotio.

§. 14. Decimo, quod futurus, & pro tempore existens Ecclesiae ejusdem Beatae Mariae in Montibus, & Collegii praedictorum Rector unus ex ejusdem Congregationis Presbyteris ab ejusdem Congregationis legitimis Superioribus huiusmodi regimini deputandus esse debeat, & qui videlicet, ut praefertur, deputatus fuerit, & antequam in huiusmodi regimine se immisceat, coram Cardinali tunc, & pro tempore existente Protectore praedicto se praesentare debeat; & si postquam Presbyter Rector, ut praefertur, deputatus

huiusmodi regimen susceperit, per Cardinalem, ac nunc, & pro tempore existentem Protectorem praedictum, uti minus idoneus ad regimen huiusmodi exequendum compertus fuerit, Cardinalis, ac nunc, & pro tempore existens Protector praedictus illum praevio nuncio per epistolam Superioribus praedictis, qui alterum ex ejusdem Congregationis Presbyteris praedictis magis idoneum subrogare omnino debeant, amoveri facere liberè, & licitè possit, & valeat.

§. 15. Undecimo, quod futurorum, ac pro tempore existentium Rectori praedicti, ac Presbyterorum ejusdem Congregationis Ecclesiae ejusdem Beatae Mariae in Montibus, ac Collegii praedictorum regimini, Sacristiae, & concionibus tempore quadragesimali pro tempore existentium deputatio ad ejusdem Congregationis Superiores praedictos, cum hoc tamen, quod Rector, ac Presbyteri praedicti ad regimen, & omnia praedicta exequenda, ut praefertur, deputandi in his, quae eorum regimen, & munia ejusmodi respiciunt, omnimodè jurisdictioni, & superioritati Cardinalis nunc, & pro tempore existentis Protectoris praedicti subiecti sint, & esse debeant; & si Cardinalis nunc, & pro tempore existens Protector praedictus, seu quem ex Presbyteris, ut praefertur, deputatis praedictis, uti minus idoneum, seu idoneos ad regimen, & omnia huiusmodi, aut illorum aliquid exequenda compererit, illum seu illos à Superioribus praedictis, praevio nuncio praedicto, amoveri, alioque, seu alium in eorum, seu ejus locum subrogari facere possit, & valeat, spectet, & pertineat: & insuper antequam ille ex Presbyteris praedictis, qui ad munus Concionatoris in Ecclesia ejusdem Beatae Mariae in Montibus tempore quadragesimali praedicto explendum deputatus fuerit, munus huiusmodi explere incipiat, benedictionem à Cardinali nunc, & pro tempore existente Protectore praedicto sumere debeat, & teneatur, & quia Presbyteri Congregationis praedictae in multis locorum Ordinariis, Presbyteri verò, qui servitiis Ecclesiae ejusdem Beatae Mariae in Montibus, & Collegii praedictorum pro tempore ulque nunc insisterunt, omnimodè superioritati Cardinalis Protectoris nunc, & pro tempore existentis praedicti respectivè subiecti esse dignoscuntur, & consueverunt, quod in posterum ejusdem Congregationis Presbyteri deputati praedicti ejusdem Cardinalis nunc, & pro tempore existentis Protectoris praedicti superioritati, prout Presbyteri Ecclesiae ejusdem Beatae Mariae in Montibus, & Collegii praedictorum, servitiis insistentes de cætero esse debeant, & censentur.

Sacristia, &  
Concionator  
deputetur à Su-  
perioribus  
Congrega-  
tionis, sint  
tamen sub-  
iecti Protec-  
tori qui pos-  
sit illos amo-  
vere.

Concionator  
benedictio-  
nem obtine-  
re teneatur à  
Protectore.

Presbyteri  
addicti servi-  
tio praefata  
Ecclesiae sub-  
iecti sint su-  
perioritati  
Protectoris.

Fieri debeat  
inventarium  
ac aestimari  
omnia sacra  
suppellecti-  
lia argentea,  
& mobilia  
Ecclesiae, &  
Collegii.

Consignen-  
tur postea  
Presbyteris  
cum reporta-  
tione quietan-  
tiae, & obligatione  
mantinendi.

Modus solu-  
tionis facien-  
da pro ma-  
nutentione  
Ministrorum  
Ecclesiae, &  
Collegii praef-  
scribitur.

§. 16. Duodecimo, quod omnium, & singulorum sacrorum suppellectilium, argenteorum, aliorumque pretiosorum, quae in Ecclesia ejusdem Beatae Mariae in Montibus, illiusque Sacristia, necnon omnium, & singulorum mobilium, & utensilium, quae in Collegio praedicto respectivè reperiuntur, Inventarium fieri, illaque praevia illorum aestimatione per Peritum de communi Congregationis, illiusque Presbyterorum, ac Fulvii Cardinalis, & Protectoris praedictorum consensu facienda, Congregationi, illiusque Presbyteris praedictis consignari, ac Congregatio, illiusque Presbyteri de omnibus, & singulis suppellectilibus, rebus argenteis, pretiosisque, nec non utensilibus, ac mobilibus quietare, illaque, pro quorum existentia, & sufficienti probatione, aestimatio, ac Inventarium praedicta stent, mantinere, & quoties ad id requisiti fuerint, etiam per viam subrogationis illorum, quae consumpta fuerint, exhibere debeant, & teneantur.

§. 17. Tertiodecimo, quod totum id, quod Congregationi, illiusque Presbyteris praedictis



pro Alumnorum Ecclesie, illiusque Sacristie prædictorum manutione annuatim, ac menstruatim, ut præfertur, perfolvi conventum fuit, id totum eo modo Congregationi, illiusque Presbyteris prædictis, quo Ecclesie ejusdem Beatæ Mariæ in Montibus, & Collegii prædictorum Oeconomo, Sacristæ, Præfecto, Rectori, Cappellanis, ac Musicis usque nunc perfolutum fuit, perfolvi debeat; nempe id quod menstruatim in numeratâ pecuniâ Oeconomo, Sacristæ, Præfecto, Rectori, Cappellanis, ac Musicis prædictis perfolvi consueverat, Congregationi, ejusque Presbyteris prædictis menstruatim in eadem pecuniâ, reliquum verò juxta commodum; per quod annuatim perfolvi consuevit; perfolvi debeat.

Satisfactio celebrationis Missarum eventuarum spectet ad Presbyteros.

§. 18. Quartodecimò, quòd Congregationi, illiusque Presbyteris prædictis elemosynas, quas Christianissimum ad prædictam Ecclesiam ejusdem B. Mariæ in Montibus devotionis causâ confluentium voluntas pro celebrandis inibi Missis de die in diem elargitur, quolibet mense inquirendi, dictasque Missas eventivas nuncupatas celebrandi, seu celebrari faciendi onus incumbat, & attento quod in prædictâ Ecclesiâ ejusdem Beatæ Mariæ in Montibus inter Missarum celebrationes quaestuari, quaestusque hujusmodi in usus, & utilitatem Ecclesie ejusdem Beatæ Mariæ in Montibus, & Collegii prædictorum converti consueverunt; hinc quaestus prædicti, qui considerato per viam calculi eorum valore ad rationem futurorum trium monetæ etiam quolibet mense ascendere solent, Congregationi, illiusque Presbyteris prædictis, cum hoc tamen, quod ex quâlibet ex mensuris præstationibus in pecuniâ numeratâ Congregationi, illiusque Presbyteris, ut præfertur, faciendis prædictâ scuta tria ratione quaestuum prædictorum detrahi debeant, liberè cedant.

Elemosyna quaestui acquisita applicentur Presbyteris cum aliqua modificatione.

Hereditates & legata ratione proprii Instituti ad Presbyteris relicta ad eos pertineant, dummodo erogata non fuerint in beneficium Ecclesie, & Collegii.

1. 19. Decimoquintò, quòd omnia, & singula pia legata, aut relicta, ac hereditates facta, & collata, aut facienda, vel conferenda Presbyteris prædictis Congregationis præfate Ecclesie ejusdem Beatæ Mariæ in Montibus aut in eâ commorantibus, ad effectum illorum institutum exercendi, aut missiones explendi, aut eos, qui ad exercitia spiritualia apud eosdem Presbyteros exequenda se conferunt, recipiendi, aut se alendi, aut fabricandi, aut possidendi aliquem se recreandi causâ locum, ad Congregationem, illiusque Presbyteros præfatos spectent, & pertineant, & cum hoc tamen quòd si Congregatio, illiusque Presbyteri prædicti legata, relicta, & hereditates prædictas in ampliandis Collegii ædificiis, ac Ecclesie ejusdem Beatæ Mariæ in Montibus ædibus erogata fuerint, in eorundem Presbyterorum ab illinc recessu Collegio, ac ejusdem Beatæ Mariæ in Montibus Ecclesie prædictis liberè remaneant. Quo verò ad pia legata, relicta, & hereditates Collegio, ac ejusdem Beatæ Mariæ in Montibus Ecclesie, illiusque Sacristie prædictis facta, & facienda, aut collata, vel conferenda, ad Collegium ejusdem Beatæ Mariæ in Montibus, Ecclesiam, illiusque Sacristiam prædictas spectent, & pertineant; eâ tamen declaratione adjecta, quod omnia & singula relicta, & hereditates usque nunc facta, & collata, etiam si nondum devoluta, nec purificata, sed in posterum devolvenda, & purificanda, ad Collegium, & Ecclesiam ejusdem Beatæ Mariæ in Montibus prædicta similiter semper spectent, & pertineant. Ac denique quoad relicta, quæ eisdem Presbyteris Pii operariis in genere in Collegio, & ejusdem Beatæ Mariæ in Montibus Ecclesia prædictis commorantibus in posterum fieri contigerit, ad illos spectare, & pertinere debe-

Hereditates, & legata Ecclesie, & Collegio relicta, ad illam, & illud spectent.

Relicta Presbyteris in genere, ad ipsos, ut infra, pertineant.

bunt, ad quos, ut infra, spectare, & pertinere declarabitur.

§. 20. Decimosexto, ac demum, quòd Congregatio, illiusque universi Presbyteri præfati ad præmissorum omnium, & singulorum omnium statutorum observationem, & implementum, nec non perpetuum suppellectilium, argenteorum utensilium, ac mobilium prædictorum conservationem solemniter, & expressè se obligare debeant; & teneantur, & alias, prout in Instrumento publico desuper inter Fulvium Cardinalem, & Protectorem, ac dilectum etiam filium Dominicum de Longobardis Presbyterum dictæ Congregationis, ejusdem Congregationis Procuratorem Generalem stipulato, & per acta dilecti etiam filii Francisci Nicolai Orsini Curie Capitoli Notarii sub die 31. Octobris proximè elapsi rogato, plenius continetur, nostro, & Sedis Apostolicæ beneplacito perpetuò concesserit, & assignaverit.

Obligatio Presbyterorum observandi omnia supradicta, & conservandi suppellectilia.

Stipulatio instrumenti concessionis cum reservatione beneficii.

§. 21. Nos, qui ad ea, per quæ Congregationum, aliorumque piorum locorum quomodolibet præsertim in Urbe nostrâ prædicta studio piorum operum vacantium prosperiori statui cum Divini cultus augmento, ac speciali fidelium consolationi facta dignoscuntur, ut in eorum firmitate, perpetuâque persistant tranquillitate, nostras Apostolicæ potestatis manus extendimus adjuvantes: Proptereaque, sicut ex fide dignis relatibus intelleximus, concessio, & assignatio prædicta non modicum cultui erga ipsam Beatissimam Virginem incrementi, ædificationique Alumnorum prædictorum allatura sint utilitatis, providè circa concessionem, assignationemque hujusmodi per dictum Fulvium Cardinalem, & Protectorem, ut præfertur, disposita, ejusque pium propositum, ac devotam vigilantiam laudantes in Domino, nec non ejusdem Congregationis Presbyteros, illorumque singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium tantum consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, motu proprio, non ad eorundem Presbyterorum, seu alicujus alterius instantiam, sed ex certâ scientiâ, merâque liberalitate nostris, & de Apostolica potestatis plenitudine concessionem, & assignationem hujusmodi, ac prout illas concernit, Instrumentum desuper confectum prædictâ Apostolicâ auctoritate perpetuò approbamus, & confirmamus, illiusque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos tam juris, quàm facti, & solemnitatum defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, in eisdem supplementus. Et ut concessio, & assignatio hujusmodi, ac omnia, & singula præmissa semper firma, & valida persistant, & de illorum validitate, & firmitate nullo unquam tempore hæsitari contingat, ac quatenus opus sit, Ecclesia ejusdem Beatæ Mariæ in Montibus, quæ minimè collativa existit, illiusque Sacristie, ac Collegii prædictorum, illorumque ædium, suppellectilium, utensilium, & mobilium usus prædictos, ad effectum præmissorum tantum, ac cum omnibus, & singulis conditionibus, pactis, & obligationibus in dicto instrumento contentis, & expressis, & non alias, Congregationi, illiusque Presbyteris prædictis, ita quod liceat eis corporalem, realem, & actualem possessionem, quoad usus prædictos tantum, per se, vel alium, seu alios eorum, prædictæque Congregationis nomine, propriâ auctoritate apprehendere, & apprehendam perpetuò retinere, Apostolicâ autoritate perpetuò concedimus, & assignamus illosque servitio Ecclesie ejusdem B. Mariæ in Montibus, & Collegii prædictorum pro tempore

Enarrat utilitatem provenientem ex prædicta concessione Ecclesie, & Collegii facta Presbyteris.

Motu proprio confirmat supradictam concessionem cum omnibus, & singulis pactis, & conditionibus in ea contentis.

Eximit à Jurisdictione Ordinarium Presbyteros addictos servitio Ecclie.



fia, & Collegii cum largitione Privilegiarum, & gratiarum aliis concessis Presbyteris Sæcularibus.

potere addictos à Locorum Ordinariis in illis, in quibus ipsi Ordinarii prædictis subesse dignoscuntur, dicta Apostolica auctoritate eximimus, & liberamus, ac exemptos, & liberatos, & omnimodæ Superioritati, jurisdictionique Cardinalis nunc, & pro tempore existentis Protectoris prædicti subijcimus, illique subiectos esse, & fore volumus, ac ejusdem Congregationis Presbyteris prædictis eidem Ecclesiæ Beatæ Mariæ in Montibus, & Collegio prædicto pro tempore inservientibus, ut omnibus, & singulis privilegiis, libertatibus, facultatibus, indultis, exemptionibus, indulgentiis, ac privilegiis, quibus Presbyteri, alique Ministri Ecclesiæ ejusdem Beatæ Mariæ in Montibus, & Collegio prædictis antea pro tempore inservientes de jure, usu, consuetudine, privilegio, & concessione Apostolicâ, aut aliâ quomodolibet utebantur, fruebantur, & gaudebant, uti, frui, potiri, & gaudere, liberè, & licitè possint, & valeant, eadem auctoritate concedimus, & indulgemus.

Declarat, Legata, aliaque relicta spectare debere ad Ecclesiam nisi constet, dictos Presbyteros fuisse contemplatos.

§. 22. Ac insuper legata pia, & res à piis Benefactoribus Presbyteris Pius Operariis prædictis in Ecclesiâ ejusdem B. Mariæ in Montibus hujusmodi degenitibus, vel commorantibus, vel Presbyteris piis Operariis ejusdem Ecclesiæ B. Mariæ in Montibus, vel ipsi Ecclesiæ B. Mariæ in Montibus, relinquenda, & relinquendis, ad Ecclesiam ipsam prædictam B. Mariæ in Montibus nisi ex verbis vel conjecturis, circumstantiis, aut verisimili Testatorum mente appareat, vel apparere possit, Testatores eisdem Presbyteros principaliter contemplatos fuisse, aut eorum contemplatione principaliter motos fuisse ad relinquendum, spectare, & pertinere debere, Apostolicâ auctoritate prædictâ, declaramus: Decernentes Congregationem, illiusque Superiores, & Presbyteros pro tempore existentes, nec non Cardinalem, ac nunc, & pro tempore existentem Protectorem prædictos ad omnia, & singula in prædicto Instrumento concessionis hujusmodi contenta, illorumque observantiam, & executionem obligatos fore, & esse; nec non illa omnia, & singula ab omnibus, ad quos nunc quomodolibet spectat, & spectare poterit in futurum, perpetuò firmiter, & inviolabiliter observari, & adimpleri debere.

Demandat observantiam instrumenti concessionis.

Decreta roborantia cum clausula & irritanti.

§. 23. Præsentibus quoque etiam ex eo, quòd quicumque interesse habentes, vel habere prætendentes præmissis non consenserint, atque ad ea vocati non fuerint, vel causæ, propter quas illa fiant, aut facta sùnt, verificata, & justificata non fuerint, vel aliâ ex quocumque capite, quantumvis juridico, & legitimo, de subreptionis, vel obreptionis, vitio, aut intentionis nostræ, vel quopiam alio defectu notari, impugnati, retractari, annullari, invalidari, aut in jus, vel controversiam vocari, seu ad viam, & terminos juris reduci, aut adversus illas quocumque juris, vel facti, aut gratiæ remedium impetrari, aut concedi nullatenus unquam posse, sed illas semper, & perpetuò validas, & efficaces, esse, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, obtinere debere, nec non sub quibusvis similibus, vel dissimilibus gratiarum revocationibus, suspensionibus, derogationibus, limitationibus, aut aliis contrariis dispositionibus comprehendi, sed semper ab illis excipi, & quoties illa emanabunt, toties in pristinum, & validissimum statum restitutas, repositas, & plenariè reintegratas, ac de novo, etiam sub quacumque posteriori datâ per eisdem Congregationem, illius Superiores, ac Presbyteros, nec non Cardinalem nunc, & pro tempore existentem Protectorem quancumque eligenda concessas esse, & fore; sicque, & non aliâ per quocumque Judices, Ordinarios, & Delegatos, quavis auctoritate fungentes, etiam Causarum Palatii Apof-

tolici Auditores, ac ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, de latere Legatos, Vicelegatos, seu quosvis alios, sublatâ eis, & eorum cuilibet aliter judicandi; & definiendi formâ, ubique, & in quacumque instantiâ judicari, & definiri debere, irritum, & inane, si secus super his à quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 24. Quo circa Venerabilibus Fratribus nostris Portuensi, & Prænestino Episcopis nunc, & pro tempore existentibus per eandem præsentibus motu simili mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios eandem præsentibus, & in eis contenta quacumque ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Congregationis, ac pro tempore existentium illius Presbyterorum, nec non Cardinalis nunc, & pro tempore existentis prædictorum, seu alicujus eorum desuper fuerint requisiti, solemniter publicantes, eisque in præmissis efficiendis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostrâ præsentibus, & in eis contenta quacumque ab omnibus, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari, ac singulos, quos ipsæ præsentibus concernunt, illis pacificè frui, & gaudere; non permittentes ipsos, vel eorum quempiam desuper quomodolibet molestari, Contradictores quoslibet, & Rebelles per censuras, & pœnas Ecclesiasticas, ac etiam pecuniarias, aliaque opportuna remedia juris, & facti, appellatione postpositâ, compescendo, nec non legitimis super his habendis servatis processibus, censuras, & pœnas ipsas, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis non obstantibus Pauli, Gregorii, & Urbani prædictorum, nec non Pauli Secundi, quatenus opus sit, Prædecessorum nostrorum, de rebus Ecclesiæ non alienandis, aliisque Apostolicis constitutionibus, & ordinationibus nec non nostrâ, & Cancellariæ Apostolicæ regulâ de jure quaesito non tollendo, nec non Ecclesiæ ejusdem Beatæ Mariæ in Montibus, ac Collegii prædictorum, etiam juramento, confirmatione Apostolicâ, vel quavis firmitate aliâ roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis, illis, eorumque Superioribus, Administratoribus, Deputatis, aliisque Personis sub quibuscumque tenoribus, & formis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis, quibus omnibus, & singulis, etiam si de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda esset, illis aliâ in suo robore permanens, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè, ac latissimè, & plenissimè, motu pari derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 25. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, confirmationis, approbationis, roboris adjectionis, defectuum suppletionis, ac novæ concessionis, & assignationis, indulti, declarationis, mandati, decreti, derogationis, ac voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo duodecimo, quarto, nonas Januarii Pontificatus nostri Anno duodecimo.

L. Vannicellus.  
C. Cerrus.

Executio præsentis Bullæ committitur Episcopis Portuensi, & Prænestino.

Derogatio contrarium, & præcipue Bullarum supra reatarum; nec non Pauli II. de rebus Eccles. non alienandis.

Sanctio poenalis.

Dat. die 2. Januarii anno 1712.



Loco ✠ Plumbi.

A. Mire.

I. P. Paloccius,  
Hieronymus Bertus Pro-Sigillator.

L.

## C O N S T I T U T I O

Qua Superioribus, & Monachis Ordinis Carthusien. sub pena excommunicationis latae Sententiae Romano Pontifici reservata interdicitur, ne cuiuscumque personae, etiam Cardinali, in Monasteriis ejusdem Ordinis carnibus vesci permittant.

C L E M E N S P A P A X I .

*Ad perpetuam rei memoriam.*

**E**X injuncto Nobis caelitus Apostolicae Servitutis munere in eam praecipue curam sollicitis studiis incumbimus, ut regularem observantiam, religiosamque tranquillitatem inter Religiosos Viros, qui a saeculi turbis longe remoti vota sua Altissimo, mente quietam, & ad Deum per contemplationis sublimitatem, atque suavitatem reddere student, quantum Nobis ex alto conceditur, tueri, atque conservare satagamus. Supplicationibus itaque Dilecti filii nostri Annibalis S. R. E. Diaconi Cardinalis Albani nuncupati nostri secundum carnem ex Fratre germano Nepotis, Ordinis Carthusien. apud Nos, & Sedem Apostolicam Protectoris Nobis super hoc humiliter porrectis inclinari, ne de caetero quispiam Monasteriorum dicti Ordinis Superior, vel alius ejusdem Ordinis Monachus, sive alia qualibet Persona, quemcumque sive Ecclesiasticum saecularem, vel regularem quavis mundanam, vel Ecclesiasticam praeminentiam, potestate, vel dignitate, etiam Cardinalitiam, fungentem carnibus in Monasteriis Ordinis hujusmodi adversus illius antiquam, & laudabilem consuetudinem, sive publicè, sive secretò uti, & vesci permittere audeat quovis modo, seu praesumat, sub excommunicationis latae Sententiae, à qua nemo, nisi à Nobis, seu Romano Pontifice pro tempore existente, absolutionis beneficium, praeterquam in mortis articulo constitutus, obtinere queat, aliisque per Statuta memorati Ordinis auctoritate Apostolicam confirmatam inflictiis poenis eo ipso absque alia declaratione incurrendis, dictam auctoritate tenore praesentium interdiximus, & prohibemus. Decernentes eadem praesentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit, inviolabiliter, & inconcussè observari. Sicque in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac ejusdem S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, & Sedis Apostolicae Nuncios, aliosve quoslibet quacumque praeminentiam, & potestate fungentes, & functuros, sublatam eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca dilecto filio moderno Priori Generali dicti Ordinis harum serie committimus, & mandamus, ut ipsas praesentes literas in omnibus, & singulis Ordinis praedicti Provinciis, & Monasteriis quamprimum publicari curet, ne quispiam illarum ignorantiam allegare possit. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus

Apostolicis, ac quatenus opus sit, dicti Ordinis, ejusque Provinciarum, & Monasteriorum, etiam inramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis; Quibus, omnibus, & singulis illorum tenores, praesentibus pro plenè, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanens, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut earumdem praesentium literarum transumptis seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personae in Ecclesiastica Dignitate constitutae munitis eadem prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensae. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die 11. Maji MDCCXII. Pontificatus nostri Anno duodecimo.

F. Oliverius.

## C A N O N I Z A T I O

S. PII QUINTI PONTIFICIS MAXIMI  
Ex Ordine Fratrum Praedicatorum, illiusque in Sanctorum numerum relatio.

C L E M E N S E P I S C O P U S

S E R V U S S E R V O R U M D E I .

*Ad perpetuam rei memoriam.*

**I**Nter multiplices tribulationes, quae inviserunt nos, nimis Clementissimus Deus, qui non continet in ira misericordias suas, visitavit Populum suum in pace, & de caelestium charismatum abundantia, quibus locupletavit Electos suos, velut ab ubertate domus suae, replevit Nos gaudio, atque in tantis periculis constitutos novis subsidiis instruxit, & confirmavit. Enimvero egregia Sanctorum Virorum facinora, tametsi magnalia Dei potissimum, ejusque potentiam loquantur, & praedicent, qui ex humanae naturae figmento vasa misericordiae constare dignatur, ut per infirma Mundi fortia quare confundant; ipsa tamen immensa Dei bonitas, artifex ad salutem, in paucorum triumphis plurimorum commodis prospicit, & virtutem praecedentium instructionem efficit posteriorum: ut nimirum, qui viderint fragiles homines, eadem generis infirmitate circumdatos, in carne supra carnem vixisse, & per fidem operantes justitiam, adeptos esse repromissiones, pari Religionis ardore excitentur ad pugnam, ac nitantur ad coronam; Eorumque intuentes exitum conversationis, imitentur, & fidem; Simul etiam ne quis certantibus dissidentia torpor obrepit, in ipsis Servorum suorum operibus, in quibus proponit imitationis exemplum, imbecillitati nostrae praesidium parat, eorumque merita nostra vult esse suffragia. Tantas profecto sui in nos amoris divitias uberrimè effudit Dominus, cum dedit nobis de Pii V. Romani Pontificis Praedecessoris nostri virtutibus, ac meritis letari, & exultare. Cui enim dedit Sacerdotium Magnum, ut haberet laudem in nomine ipsius, & quem induit virtute ex alto, ut praeliaretur praelia Domini, & virtute irrumperet iniquitates, factus in columnam ferream, & in murum aereum pro domo Dei; eundem etiam translatus de hoc saeculo, & signis admira-

bili.

L I .

Procemium.